



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CCLXXXVII. De quodam Miraculo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

*Sigefridus de Feuchtwangen XII. Mag. Gen. Ord. Teut.  
Conradus Sak XVI. Mag. Prov. in Prussia.*

mnibus & occisis hominibus, & combusto praerbio cum praeda tanta, quantam deducere poterant, sunt reversi.

ANIMADVERSIO.

(a) Jeroschinus habet S. Ruperti.

CAP. CCLXXXVI.

*Item de eodem.*

POST reditum hujus exercitus, frater Eberhardus Commendator de Kunnigsberg, intellecto quid egerit sperans quod destructo suburbio castrum facilius expugnaret, cum centum fratribus & sex millibus equitum dictum Castrum Gartham est aggressus. Sed Rex Lethoviae audita destructione suburbii hujus castri, misit praelectos viros & in armis expeditos plurimos ad defensionem. Unde factum est, quod dum fratres castrum impugnarent, castrenses, ex adverso se viriliter opponentes, exierunt ad praedium, quod diu inter eos duravit. Tandem fratres fugaverunt eos. Reversi igitur ad Castrum, post modicam horam resumptis viribus & audacia iterum exierunt ad pugnam, & hoc factum fuit pluribus vicibus ab ortu solis usque ad meridiem. Quanquam isti illos aliquando, illi istos aliquando, represserunt. In isto certamine multi de infidelibus lethali-ter sunt vulnerati, & plures mortui ceciderunt. De nostris vero, fratres XII. & XXX. viri fuerunt vulnerati, & frater Hartmannus de Elsterberg telo per collum sagittatus, postea expiravit.

CAP. CCLXXXVII.

*De quodam Miraculo.*

HOC tempore quidam Lethovinus de Erogel captus à Rege suo,

*Sigfridus de Feuchtwangen XII. Mag. Gen. Ord. Teuton.  
Heinricus à Poltzke XVII. & ult. Mag. Prov. Prussiae.*

fuò, dum ad suggestionem cujusdam Rutheni, qui cum eo in carcere fuit, vovisset DEO certum pondus Cerae pro liberatione sua; statim catenarum, quibus ligatus fuit, sunt con fractae & janua carceris aperta est, & evasit.

## CAP. CCLXXXVIII.

De

*Fratre Henrico de Plocz Magistro  
terrae Prussiae.*

**F**rater Henricus de Plotzke Saxo, Magister Prussiae XVII. praefuit XII. annis usque ad adventum Magistri Generalis, qui ipsum instituit (a) magnum Commendatorem.

## ANIMADVERSIO.

(a) Ad hoc usque tempus Prussiae, nomine Magistri Generalis, praefuit Magister Provincialis, cui adjunctus fuit Marschalcus Ordinis, ut supremus belli Dux; qui etiam cum quibusdam Commendatoribus consultabant de salute Reipubl. sed sede Magistri Generalis in Prussia translata, mutata est rerum facies. Tum enim Caput Provinciae fuit ipse Magister Generalis, quem sequebantur Praeceptores majores I. Commendator Magnus (GroßComptur) II. Marschalcus supremus (Landmarschall) qui Regiomonti residebat. III. Hospitalarius supremus (Oberster Spittler) qui Elbingae sedem suam habuit. IV. Trapiarius (Trapierer) qui praerat rei vestiarum. V. Thesaurarius (Trefler) qui residebat semper in Aula Magistri. Munia omnium horum accuratè describuntur in consuetudinibus Ordinis. Praeter hos fuerunt multi alii Magistratus, qui recensentur à Waisselio in *Chron. fol. 132.* Nos tantum Commendatores Ordinis recenserebinus ex *Chronico II. Bibl. Wallenrod. M. S.* ubi eo ordine recensentur: Commendator Provincialis terrae Culmensis, qui residebat in Althaus. Facta est ejus mentio supra *cap. 187.* Hunc sequuntur Thoruniensis, Brandenburgensis, Regiomontanus, Balgensis, Pappaviensis, Strasburgensis,

Zz

fis,